



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

§. 10. De transmittentibus arma; equos, bellicaque tormenta hostibus
nostrae religionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

malitia; tam si sic ita rusticus, vt non tam ex malitia, quam ex aliquali ignorantia processisse videatur. Et ita uidi quendam adolecentem simplicem, qui annali reclusionem in monasterium, & pena pecuniaria damnatus fuit, eo quod fingens se sacerdotem, alterius confessionem excepit, vt postea illum irriteret.

§. X.

De transmittentibus arma, equos, bellicaque tormenta hostibus nostrae religionis.

Inquisitoribus Hispaniae hoc crimen committentes subiciuntur, & poenis arbitrariae puniuntur.

Inquisitores Hispaniae de hoc crimine cognoscunt ob suspitionem haereticis. Videatur enim sic delinquentes fautores haereticorum esse; & ita in carceribus secretis recluduntur, dum eorum causa agitur. Illa conclusa, simul cum ordinario (quod semper intelligitur) pronuntiat sententia, quae regulariter in tribunali tantum pronuntiat, & non in actu publico nisi in aliquo casu graui, & extraordinario. Huius autem poena est; si viuis persona est, fustibus caedi sine minus exilio, & pecunia; in ea quantitate, quae equi, armaque valebant, & insuper omnia illa confiscantur, quod si iam fuerint transmissa, poena pecuniaria duplicatur. Et scio quendam religiosum ob hoc crimen ex consilio supremi Senatus condemnatum fuisse in sexcentis scutis, & in annua in suo conuentu reclusionem, & suspensionem incrementi ab officio; quam condemnationem adimpleuit; & pecuniam ex reditu sibi obuenturo duobus annis soluit. Antiquitus abutabant de leui, modo non est in vfu.



DISPUTATIO IX.

De Confessario ad Venerem incitante.

LACVIT pro complemento huius tractatus aliquando latius examinare, qua ratione Inquisitores de hoc crimine cognoscant, & quando alij reueantur sic delinquentes Inquisitoribus denunciare, & quibus poenis delinquentes affici debeant.

P V N C T V M I.

Quid in hac re à summis Pontificibus, & ab Inquisitoribus statutum sit.

1. Quid statuerit Pius IV.
2. Quid Clemens VIII.
3. Quid Gregorius XV.
4. Solicitudinis ad Venerem, non ad alia crimina in suprascriptis decretis cauetur.
5. In Bulla Pij IV. & Clementis VIII. sola sollicitatio mulieris cauetur. At in Bulla Gregorij cuiusque persona, siue facina sine vni.
6. Ex decreto Pij IV. & Clementis VIII. solus Confessarius & in confessione delinquens veni puniendus. At ex Gregorij decreto si ante, vel post confessionem immediate delinquat.
7. In decreto Pij IV. & Clementis VIII. nulla poenitentium imponitur obligatio denunciandi, praeter eam, quo iure inest. Sacra ex decreto Gregorij.
8. In Bulla Pij IV. & Clementis VIII. committitur haec cognitio priuatiue Inquisitoribus. At in Bulla Gregorij etiam ordinariis.
9. Bulla Gregorij in Hispaniarum regni non videtur recepta.
10. Inquisitores quid circa hoc crimine in suis edictis praecipiant.
11. Colligitur stricta obligatio in poenitente denunciandi Confessarium, & quam grauis crimen hoc sit.

Paramus de origine inquisitionis l. 3. q. 10. in fin. Cortolanus de casibus referuatis. part. 1. sect. 2. art. 22. f. 235. Ioan. Sanc. in suis sollicitis disputationibus. disp. 11. numero 18. referunt Bullas Pij IV. & Clementis VIII. de hac re in Bulla inquam; Pij IV. quae incipit, Venerabili fratri, Archiepiscopo Hispanensi. Hispaniarum haereticarum praesentis Inquisitori generali, quaeque sunt edita, & publicata die 16. Aprilis anno 1561. Solum erantur Inquisitori generali iurisdictione cognoscendi, & puniendi per se, vel per alios a se deputatos, delinquentes sacerdotes eam saeculares, quam regulares regnorum Hispaniae, qui sacramento Poenitentiae in actu audiendi confessionem abutun-

tur; mulieres videlicet poenitentes ad actus inhonestos, dum eam audiunt confessiones, allicitando, & prouocando, seu allicere, & prouocare tentando, & procurando. Super his autem (ait Pontifex) diligenter inquiras, & iuxta facultatum tibi contra haereticos, aut de haeresi quouis modo suspectos, a Sede Apostolica concessarum continentiam & renorem procedas.

2. Clemens vero VIII. vii inferitur in decreto supremi Senatus inquisitionis edito die 3. mensis Decembris, anno Domini 1592. solum statuit Inquisitorum generalem in Hispania procedere potest aduersus quoslibet presbyteros saeculares, & regulares in sacramento Poenitentiae, seu in actu confessionis sacramentalis, sollicitantes mulieres poenitentes ad impudicitiam, seu peccata carnis, sicut & in aliis causis ad sanctissimum inquisitionis officium pertinentibus, vt haecenus fecit, etiam priuatiue, quoad superiores regularium, cuius ordinis, & congregationis, citam mendicantium existant, ipsosque regulares non eximi ab onere deferendi, seu denunciandi huiusmodi delinquentes eidem sancto Officio, quemadmodum in aliis casibus, & causis sanctae inquisitionis, in quibus alij Christi fideles de iure tenentur.

3. At Gregorius XV. die 30. Augusti, anno 1622. & sui Pontificatus anno 2. constitutionem eadem aduersus sollicitantes sacerdotum, & primo refert, & confirmat Bullam Pij IV. nuper relata. Quae non solum in praedictis Hispaniarum regnis, sed in quibuslibet Christiani orbis partibus firmiter, & inuiolabiliter obseruari praecipit, & mandat. Secundo, ne de poena his delinquentibus imponenda, & de modo procedendi ab aliquo dubitari possit, statuit, quod omnes, & singuli sacerdotes, tam exempti, quam non exempti, qui personas, quae cumque illae sint, ad inhonestas, siue inter se, siue cum aliis quomodolibet perpetranda in actu sacramentalis confessionis, siue ante, vel post, intermediare, seu occasione, vel praetextu confessionis huiusmodi, etiam ipsa confessione non sequuta; siue extra occasionem confessionis in confessionario, aut in loco quocumque, vbi confessiones sacramentales audiuntur, seu ad confessionem audiendam electo, simulantes ibidem confessiones audire, sollicitare, vel prouocare tentauerint, aut cum eis illicito, & inhonesto sermone, siue tractatus habuerint in officio sanctae inquisitionis seuerissime puniantur. Tertio apponit modum cognoscendi de tali delicto, remitti enim eius cognitionem tam Inquisitoribus, quam locorum ordinariis, simul, vel separatim. At enim Pontifex: Omnes haereticarum prauitatis Inquisitores, & locorum ordinarios vniuersi orbis Christiani, in suis quemque diocesis, & territoris per has nostras litteras etiam priuatiue, quoad omnes alios specialiter, ac perpetuo iudices delegamus, vt super his contra praedictos simul, vel separatim in omnibus, prout in causis fidei iuxta sacrorum canonum formam, nec non officij inquisitionis constitutiones, &c. diligenter inquirant, & procedant. Quarto qui in aliquo ex huiusmodi nefariis excessibus euipales fuerint reperi pro crimini qualitate, & circumstantiis puniendi sunt, scilicet suspensione ab executione ordinis, priuatione beneficiorum, dignitatum, & officiorum quorumcumque, ac perpetuae inhabilitatis ad illa, necnon vocis actiuae, & passivae, si regulares fuerint, exilij, damnationis ad tremes, carceris perpetui; mo si pro delicti grauitate maiores poenas meruerint, debita praecedente degradatione curiae saeculari puniendi tradantur. Quinto, datur facultas venerabilibus fratribus sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus generalibus Inquisitoribus, ne dictum tam enorme, & Ecclesiae Dei tam perniciolosum remaneat ob probationum defectum impunitum, cum difficultis sit per oblationes, testibus etiam singularibus, concurrentibus, praesumptiuis, indicis, & aliis adminiculis delictum probatum esse ab initio suo iudicandi, & curiae saeculari, vt dictum est, reum tradendum esse pronuntiant. Sexto mandatur omnibus Confessariis, vt illos poenitentes, quos nouerint fuisse ab aliis, vt supra, sollicitatos, moneant de obligatione denunciandi sollicitantes, seu, vt praefertur, tractantes. Inquisitoribus, seu locorum ordinariis praedictis: quod si hoc officium praetermiserint, vel poenitentes docuerint, non teneri ad denunciandum Confessarios sollicitantes, seu tractantes, vt supra, idem locorum ordinarij, & Inquisitores illos pro modo culpae punire non negligant.

4. Circa suprascripta decreta notandum est solum in illis praecaueri sollicitationem ad Venerem; non tamen ad alia crimina est grauiora sint; quia non est aequale periculum de illis, ac de sollicitatione ad Venerem.

5. Secundo aduertitur in Bulla Pij IV. & in decreto Clementis VIII. solum de sollicitatione mulieris habetur sermo. At in Bulla Gregorij XV. cuius sollicitatio praecauetur, vt constat ex illis verbis Qui personas, quae cumque illae sint, ad inhonestas, &c.

6. Tertio nota ex decreto Pij IV. & Clementis VIII. Sacros in confessione sollicitans veni abe puniendus. At ex decreto Gregorij siue in confessione, siue extra, vel post, & immedie siue in confessionario, seu loco confessionis deputato, siue alibi simul ans audire confessiones, & poenitentem sollicitans, aut cum eo inhoneste tractans, veni puniendus.

7. Quarto in decreto Pij IV. & Clementis VIII. nulla obligatio praeter eam, quae iure naturae inest, imponitur poenitenti confessarium denunciandi. At in decreto Gregorij praepositur poenitentes teneri Confessarium sic sollicitantem denunciare